

Extra tekst Disco Les 11

Het vertek van Aeneas

Gewaarschuwd door Mercurius heeft Aeneas Dido verteld dat hij haar zal moeten verlaten. De koningin zint nu op wraak.

Aeneas in nave dormiebat, cum subito forma Mercurii in somno ei apparuit.

Deus ei dixit: “Aenea, me audi.

Iupiter, rex deorum et °hominum, me misit.

Cur nunc dormis? Regina Dido valde dolet,

5 quod tu eam relinquere vis; ea nunc dolos parat!

Si °cras te in ora °invenerit, ei in animo est te necare.

Ideo te nunc moneo: clam ab Africa fuge cum patre, filio, penatibus,
dum potes, et auxilio matris °novam Troiam conde in Italia!”

Aeneas statim °experrectus est, nam verba dei eum valde terruerant.

10 Postquam socios °con-vocavit, eis dixit:

“Amici, mihi in somno °nuntius deorum apparuit et me monuit:

regina Dido nos °omnes necare vult, nisi cras de ora °profecti erimus.

Ideo nunc verbis dei parete et statim naves parate!”

Ut socii verba eius audiverunt, cito paruerunt °imperio ducis

15 et oram Africae navibus nocte reliquerunt.

3	homo, homines	mens, man
6	cras	morgen, (de volgende dag)
6	invenerit	(hij) zal vinden
8	novam	nieuw
9	experrectus est	(hij) werd wakker
10	con-	samen-, bijeen-
11	nuntius	boodschapper
12	omnes	allen
12	profecti erimus	wij zijn vertrokken
14	imperium	bevel, opdracht